

# Panor. super secunda Primi.

dicatur, & mane diei dominicæ ad vnum diem, & vespera sabbati ad alium diem referatur, non esset continuatio ieiunii necessaria, quia sabbato ante cenam, & dominica ante prandium ieiunii intelliguntur. Ideoque Papa Bon. Ep'm, ut punitur in quo peccauit, suspendit a collatione diaconi, & presbyteri, alterum vero ab executione sacerdotalis officii suspendit, donec de ipsis aliter duxerit disponendum. Ber. No. 1. q. nondum consecratus appelletur electus. No. 2. q. ordinatio ad sacros ordines non permittitur die dominico post sabbatum ordinationis continuato ieiunio, & sic propter continuationem dies dominica fingitur eadem dies cum die sabbati No. 3. q. dicitur evidens intellectus, qui habetur ex lege, vel statuto per prudenter, & subtiliter intelligentem, licet forte non omnes talem scirent extrahere intellectum, ad hoc de offic. deleg. cap. super quæstionum. f. Not. 4. q. dispositio pœnalis loquens de vero extenditur ad fictum. Et quod non est licitum fieri vna die vere, non est licitum fieri altera die, quæ fictione vna intelletur, licet in veritate sint duo dies. No. 5. q. propter continuationem ieiunii dies dominica cum die sabbati ordinationis fingitur vna dies. Sexto nota, quod quælibet fictio habet duo extrema principii, & finis, & quandoque finis trahitur ad principium, quandoque principium ad finem. Septimo nota, quod sicut in die vna vere non est licitum conferre ordines duos sacros; ita nec est licitum conferre in eadem die interpretatiue. Octavo nota, quem puniendum, in quo deliquit, & quod conferens plures sacros in eadem die vere, vel ficte suspenditur a collatione ordinum, quos contulit illa die. Item ultimo nota, quod ordinatus incongruo die est suspensus ab ordinis collati ultimi executione, secundum alios est suspendendus. Opponitur quod possit episcopus ordines conferre die dominica post sabbatum ordinationis continuato ieiunio, ut patet. 75. distinct. cap. quod a patribus. Solu. diuersis personis potest ordines conferre, ut ibi, sed eidem, cui contulit ordinem in sabbato non potest, & hoc est, quod hic reprehenditur, ne contingat, quod eadem die, vere, vel ficte reperiantur ordines collati. Op. 2. q. non ficte, sed vere dies sabbati, cum mane dominica sit vna dies, iuxta illud Gen. 1. vespere & mane dies vnus. So. dicit gl. q. vere est vnus dies computando s'm vnam computationem, de quo dic, ut de fer. c. 2. f. Op. 3. q. ordines conferri debeant die sabbati, & non die dominica, ut sup. e. c. de eo, & c. præced. 75. di. c. 1. So. dicit gl. q. aut loquimur de sacris, & sunt opi. aliqua, q. die sabbati regulariter ordines sacri conferendi sunt, si loquimur de sacris, & hoc est verum, siue sit dies sabbati vera vel ficta, ut est, quando vsque ad dominicam continuatur ieiunium, quia tunc dominica trahitur ad sabbatum, & sic fingitur vna dies. Hug. fuit i. opi. q. die dominica omnes ordines conferri debeant, & sic sacer, & non die sabbati. Idem dicit de baptismo, de conse. di. 4. c. venerabilis, & c. seq. 75. di. c. quod a patribus, ibi, post diem sabbati eiusque noctis, quæ in prima sabbati lucefcit in die exordia consecrandi elegantur, & s'm cum non est necessaria continuatio ieiunii, ut dies vna fingatur sabbatum, & dominica. nam sicut ordo episcopalis potest conferri die dñica, & sequitur neque exigitur continuatio ieiunii, neque fingitur dies sabbati trahi ad dominicam, & sic die dominica de mane potest fieri ordinatio absque continuatione ieiunii, pro hac opi. inducit, quia sacrum ordinis, & baptismi sumpsit efficaciam, sicut alia sacra, a resurrectione dominica, quæ fuit in die dominico, ergo eadem die debet conferri ordines. prima opi. est verior, ut hic patet, & sup. eo. c. 2. & 3. saluo, quam in Papa. sup. eo. c. de eo. No. in d. c. quod a patribus, q. si die dominica non continuato ieiunio fieret ordinatio, imprimeretur ordo, & eius effectus. Nec ob. c. quod a patribus, quia debent exponi post diem sabbati. i. post inceptum diem sabbati, licet alii exponant, post finitum, ad hoc, in fine. 10. q. 3. c. vnic. Nec ob. q. sacramenta sumpsert efficaciam, & c. quia q. sumpsert efficaciam, nõ est necessarium huius cã, q. debeant in die dominico conferri, alias sequeretur, quod quilibet ordo illa die conferendus esset. Dic q. quandoque fertur in die dominico. i. fit illius ordinis consecratio. 75. dist. c. 1. & est ratio quare alii ordines conferantur in die sabbati, & episcopus in die dominico, quia sicut vigilia feruit festo, ita promoti ad sacros epo, de conse. di. 1. c. episcopus Deo sacrificans, & c. seq. quandoque queritur de tem-

pore conferendorum minorum, & tunc possunt conferri diebus solennibus, & aliis dominicis, ut d. c. 2. & 3. sup. eo. super gl. fi. Op. q. hic puniatur in plus, q. deliquit, quia non peccauit diaconatum conferendo, sed solum presbyteratum. Dicit glo. q. fatendum est, q. in plus puniatur ordinator, q. ordinatus, quia plus peccauit, quia maior, de transla. epi. c. inter corporalia. Dic q. imo deliquit animi destinatione. vnde dicerite contulit diaconatum est falsum, sed dicere rite contulit diaconatum, si non contulisset presbyteratum, est verum. Opp. q. non debet differri ordinatio ad dominicam sequentem, quod patet, quia nec vltra nonam debet missa tardari, de conse. di. 1. c. solent. Sol. ex causa propter multitudinem ordinandorum hoc permittitur, alias non. Idem si ordinatorum, vel ordinandum, inuasit infirmitas, alias tardari non debet. Op. q. non sit suspensus, sed suspendendus, supra eod. cap. 2. Solu. quantum ad ordinatum stat proprie, quia suspensus est, quo ad ordinatam improprie, quia suspendendus, primum patet inf. e. c. consulationi. Quæro an sabbato magno paschali possint fieri ordinationes? glo. dicit q. non, quia neque missa cantatur, de conse. di. 3. c. sabbato, quia licet non sit de substantia consecrationis, ut no. sup. de elec. c. quod sicut, tamen exigitur. Finaliter gl. tenet, q. etiam illo die celebrerent ordines, quia & hodie missa fit, & sic est correctum, quod dicitur in illo c. sabbato, & sic de facto seruatur, quod dicit Ioan. And. seruari èra Papa. Nunquid autem in nocte paschali possint ordines conferri? Inn. q. sic, non in aliis noctibus, cum non celebreretur missa. Quæro quæ est ratio, quod in die sabbati permittitur ordinatio? dicit glo. quia sabbatum significat requiem, & ordinatus ad sacros transit ad requiem, ideo illo die tantum conferuntur, sed in minoribus non transit ad requiem, cum ad seculum possit redire. ideo aliis diebus minorum potest fieri collatio, s'm Doc. & Hosti. Quæro an die sabbati possit ab episcopo conferri presbyteratus, & in die dominico consecratio nulla interueniente continuatione ieiunii? omnes tenent, q. sic, quia non reperitur prohibitum, & certum tempus non est statutum inter hunc, & illum ordinem, ut no. lo. An. in d. c. quod a patribus. Imo plus dicit Hug. & potest die dominico de mane ordinari in presbyterum, & eodem in tertius in episcopum. sed secundum Inn. hoc non fiet de eius consilio, cum ordinatio, & consecratio debeat fieri cum missa, & nullus debeat duas missas eadem die celebrare. Item fictio ista non trahitur ad illum casum. f. Quæro quid est fictio. dic, quod illa quæ ordinatur super falsos, præsumptio autem, quæ ordinatur super dubio. Quæro quis debeat continuare ieiunium? dic q. ordinans, & ordinatus, & ideo ordinans in missa, quam celebrat in sabbato, sumat solum corpus, & sanguinem, & sic non assumet vinum per fusionis, de celeb. missa. c. ex parte.

## ADDITIONES.

- a ¶ Extenditur ad fictum. Dic hoc esse verum quando in vtroque casu. f. & in vero & in ficto est eadem ratio, non enim cum dicitur, & c. ad audiendam, infra de ele. lo. And. in c. de conse. lib. 6. Bal. & Lu. in l. Gallus, s. & quod si tantum sit de si & post & Ale. in l. emancipata, C. qui admittit rem hoc habet locum in statuto, ut not. idem Ale. in l. sed si hac, s. patronum, ff. de in ius vo. & in l. 3. s. hæc verba, ff. de neg. ge. & Bar. in l. omnes populi, in 6. q. prin. ff. de iur. & iur. Zach.
- ¶ An & quando statutum comprehendat casum fictum, & quando in eis fiat extensio ex similitudine, & identitate rationis, vide quæ habentur in l. j. in §. is qui nauem, ff. de exercito. actio. & in l. eum qui vectigal, & in l. vi. Alphenus, & in l. i. i. g. ff. de verb. sign. & maxime, quando statutum esset odiosum, vel correctorium, de quo habetur in l. præcipimus, C. de app. & l. lancimus, C. de rest. & vide l. non. tex. in l. si furiosus, C. de nup. & que hnt in c. cum expediat, de election. lib. 6. & que not. in l. non possunt, ff. de lega. 1. & vide not. per glo. & Bartol. in l. si constante, in princip. & in l. si vero, in §. de iur. ff. solu. matrimo. Ant. Fran.
- b ¶ Fictio. Vide late tradita per Bar. in l. si is qui pro emptore, ff. de vñ. vbi tradit, quando requiratur, q. extrema sint habilia, & quando non, & quotuplex sit fictio. Seb. Sap.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ordinans puerum ad ordines, priuatur potestate conferendi ordines, non tamen ipso iure, sed per sententiam. 2.
- 3 Ordinatus in imabili etate ad ordines sacros recipit ordines, & eorum executionem, nisi suspendatur. 6.
- 4 Episcopus promouens aliquem ad ordines, qui non habeat beneficium compellitur ipsi de beneficio providere.
- 5 Suspendus a collatione alicuius ordinis, potest conferre minores, sed non maiores.